



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Gvidoni Svbdiacono & Capellano nostro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

quolibet quadriennio Cluniacensis Abbas duos ex fratribus suis ad visitandum monasterium vestrum mittat; quibus decenter ac benignè receptis, ab eodem monasterio moderata procuratio tribuatur, & ipsi Abbaris ejusdem loci consilio requisito corrigan si quid in ipso monasterio circa monachos & conversos aliasque personas corrigendum invenerint, & statuant quod circa eos fuerit statuendum; si vero aliquid corrugendum invenerint in Abbatie, ad Romanum Pontificem illud referant, & sicut ipse mandaverit, in ejus correctione procedant. Cum autem Cluniacensis Abbas ad monasterium vestrum accesserit, Abbas ejusdem ei tamquam patri Abbatii cedat in choro, Capitulo, & in mensa. Abbas vero Cluniacensis in membris corriget quod fuerit corrugendum; si quid forte in Abbatis persona correctione dignum invenerit, id ad aures Romani Pontificis perferre proceret, ut juxta beneficium ejus in ipso negotio procedatur. Praterea Cluniacensis Abbas ad monasterium vestrum accedens, viginti quinque equitatus & triginta personis, fratres vero cum illuc causa visitationis accesserint, quatuor equitatus & sex personis tantummodo sint contenti. Ut igitur in perpetuum compositio superscripta de procuratorum assensu facta inviolabiliter obseretur, nos eam auctoritate apostolica confirmamus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere &c. usque incursum. Datum Viterbij 111. Idus Iulij, anno duodecimo.

*NOBILI VIRO PETRO  
Duci & populo Venetorum.*

**Q**uoniam juxta sententiam Salomonis meliora sunt amici verbora quam oscula inimici, cum ista correctionem, illa vero deceptionem inducent, non debetis ferre molestie si quando nos: qui de corde puro & conscientia bona & fide non facta vestram diligimus civitatem, vos arguimus & corripimus in spiritu lenitatis; quia non indignationis, sed dilectionis est argumentum, eo quod pater filium quem diligit corripit, & Deus quos amat arguit & castigat; maximè cum ad hoc ex apostolicæ servitutis officio teneamur, juxta quod docet Apostolus dicens: *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Mores igitur obsequiorum quæ apostolicæ sedi civitas vestra reverenter impendit & beneficiorum quæ apostolica sedes civitati

Tom. II.

vestrae grataanter indulxit, gemimus & dolimus illam intervenisse materiam quæ non finit ad præsens ut preces quas nobis multotiens porrexistis pro paleo destinando Abbatii sancti Felicis, quem vos Iadertinum Praesulem appellatis, cum nostra possimus admittere honestate, propter excessum quem in divina majestatis offendam, apostolicæ sedis injuriam, & terræ sanctæ jaeturam in \* Iadertinæ civitatis excidio commisisti. Et certè nisi correctionem vestram ex paternâ benignitatâ affectu voluntissimum haec tenus expectare, potuissimus quidem ex canonici juris rigore in eo vos punire quo peccastis, subtrahendo patriarchatui vestro metropolim Iadertinam, quam ei apostolica sedes propter vestrum subjecit honorem. Adhuc autem experiri volentes si hujusmodi plaga medicinali possimus arte curare, disposuimus ad vos nuntium dirigere speciale, sicut dilectus filius B. nuntius vester, vir utique providus & fidelis, pio nobis suggestus affectu, per quem efficacius viva voce nostrum vobis beneplacitum exponamus; quatinus si cor vestrum gratia divina tetigerit ut propriam non excusetis sed accusetis offendam, satisfactionem congruam exhibendo, & in iis & in aliis quæ dignè duxeritis postulanda mereamini exaudiri. Quocirca devotionem vestram rogandam duximus & monendam, obsecrantes in Domino quantum in ejus vos humilantes conspectu qui exaltat humiles & deponit elatos, ad satisfaciendum ei vestros animos inclinetis, recepturi ab ipso & gratiam in presenti & gloriam in futuro. Datum Viterbij Idibus Iulij, anno duodecimo.

\* Vide gesta  
Innoc. III. cap.  
86. 89. 90.

*GUIDONI SVBDIAONO  
& Capellano nostro.*

**A**uditis & intellectis arrestationibus & allegationibus universis in quaestione quam venerabilis frater noster Iohannes Albanensis Episcopus contra te moverat de Ecclesia sancti Laurentij posita in territorio civitatis Novinæ, te ab ipsis imputatione de fratum nostrorum consilio decrevimus absolvendum, cum nobis per testes constiterit quod idem Episcopus tibi concessit Ecclesiam memoratam. Ut autem haec nostra diffinitio perpetuam obtineat firmitatem, eam auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ diffinitionis & confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum.

*Epi. 84.  
Confirmatus  
ei Ecclesia S.  
Laurentij.*

X x

# 346 Epistolarum Innocentij III.

Datum Viterbij xiiii. Kalend. Augusti,  
anno duodecimo.

CEPHALUDENSI EPISCOPO.

Epiſt. ſſ.  
Dantur ei quæ  
dam monita.

**E**TI secundum rigorem juris potuisse-  
mus in inquisitione de te facta proce-  
dere, quia tamen super eo quod tibi prin-  
cipaliter est objectum, de caſtro videlicet  
Cephaludensi, juxta mandatum noſtrum  
afferetur ſatisfactum, nos ad preces maxi-  
mè regias duximus ſubſtendum, de at-

teſtationibus taliter provifuri quod per eas  
fama nominis tui non poterit denigrari,  
Quocirca fraternitatem tuam rogamus  
duxiſmus & monendam, per apostolica tibi  
ſcripta mandantes quatenus talem te flu-  
deas exhibere quod apostolicæ ſedi fias ex  
devoto devotior & regia celiſtudini fide-  
lior ex fideli, curam & ſollicititudinem pa-  
ſtoralē diligenter ac fideler exequendo.  
Datum Viterbij Idibus Iulij, pontificatus  
noſtri anno duodecimo.

## PROCESSVS NEGOTII RAYMVNDI Comitis Tolosani.

CAP. I.  
\* Vide hiſt.  
Albig. cap. xi.

**P**RIMA obligatio Comitis facta apud \* Valen-  
tiam. Manuſtum fit universis quod anno  
dominiſce incarnationis m c x i, mense  
Iunij ego Raymundus Dei gratia Dux Narbonæ,  
Tolosæ, Marchio Provincie, mitto corpus meum  
& ſeptem caſtella, ſcilicet Opedam, caſtrum de  
Monteferrando, caſtrum de Balmis, caſtrum de  
Monario, caſtrum de Roccamaura, caſtrum de  
Furcis, caſtrum de Argentaria, ſcilicet Fama-  
vum, in misericordia Dei & libera potestate Eccleſiaſ Romanæ, Domini Papa, & vefra Do-  
mini Milonis apostolice ſedis Legati ad ſatiſ-  
cendum & cavendum vobis ſuper illis capitulis  
pro quibus ſum excommunicatus, & ex nunc con-  
fiteor me piaſata caſtra nomine Romanæ Eccleſiaſ  
poſſidere, & eadem quamcirò volueritis &  
quibus volueritis corporaliter affiſſabo, &  
homines corundem caſtrom, quandiu ipſa caſtra  
in Eccleſiaſ Romanæ fuerint potestate, cuſtodi-  
bus caſtrom, ſicut ordinaveritis, juramenta faciam  
ſecuritas exhibere, nonobſtantē fidelitate qua  
mihi tenentur. Inſuper memorata caſtra meis cu-  
ſtodianter expenſis.

### \* FORMA IVRAMENTI COMITIS.

CAP. II.  
\* In codice quo  
Catellus inſer-  
atur, hic erat  
titulus. Hac eſt  
forma jurame-  
ti facta à Ray-  
mondo Comite  
Tolosano apud  
faſtum Agi-  
dium in manu  
Domini Milo-  
nis.

**I**N nomine Domini. Anno pontificatus Domini  
Innocentij Papæ IIII, duodecimo, xiv. Kal.  
Iulij. Ego R. Dux Narbonæ, Comes Tolosæ, &  
Marchio Provincie, ſacrolæctis reliquis, eu-  
chariftia, & ligno crucis dominice coram poſtis,  
ſupra ſancta Dei evangelia corporaliter manu tac-  
ta juro quod ſuper ſingulis & universis capitulis  
pro quibus a Domino Papa vel ejus Legato ſeu  
aliis vel ipſo jure fui excommunicatus vel ſum,  
ſtabo omnibus mandatis ipſius Domini Papa ac  
veltris, magiſter Milo Domini Papa Notarie,  
apostolice ſedis Legate, vel alterius Legati ſeu  
nuntii ſedis apostolice, ita videlicet ut quicquid  
per ſe, litteras suas, nuntium, vel Legatum mihi  
præcepereſſi ſuper universis capitulis pro quibus  
excommunicatus fui vel ſum, bona fide ſine fraude  
ac malo ingenio adimplebo, ſuper illis præci-  
piue capitulis que hic nomino, videlicet quod pa-  
cem aliis jurantibus dicor noluerit jure, item  
quod juramenta que feci ſuper expulſione hæ-  
reticorum vel eis credentium non lervalle dicor,  
item quod hæreticos dicor ſemper foviſſe eis que  
faviffe, item quod de fide ſuſpectus habeor, item  
quod ruptarios five mainadas tenui, item quod  
dieſ quadrageſimæ, feſtorum, & temporum, qui

ſecuritate gaudere debebant, dicor violaffe, item  
quod adverſarii meis, qui ſe juſtitia offerabant  
pacemque juſtraverant, dicor noluerit juſtitiam ex-  
hibere, item quod Indeſ publica commiſſi officia,  
item quod monaſterij ſancti Vvillelmi & aliam  
Eccleſiarum poſſeffiones & Eccleſias injuſtè deti-  
nō, item quod incaſtellavi Eccleſias & incaſte-  
llatas detineo, item quod indebita pedagia vel  
guidagia colligo vel colligi facio, item quod Car-  
pentoractenem Epifcopum à propria fede depali,  
item quod de interfectione ſancta memorie Pe-  
tri de Caſtronovo ſuſpectus habeor, pro eo ma-  
xime quod interfectorem ipius in magnam fami-  
liariatem recepi, item quod Vaſionenem Epif-  
copum & ejus Clericos cepi vel capi feci, & pal-  
lium ejusdem Epifcopi & domos Canonicorum  
deſtruixi & caſtrum Vaſionenſe per violentiam ab-  
ſtuli, item quod in religioſas perfonas manus vi-  
olentas injeciſſe dieor & multas rapinas commiſſiſſi.  
Super iis ſalnariis & aliis, ſi qui poterunt inven-  
iri, prædicto modo juſravi & alios juſrare feci, &  
ſeptem caſtrom tradidi cautiones, quorū no-  
mina ſunt haec, Furce, Opeda, Balmæ, Rocca-  
matura, caſtrum Mornacij, Fanaus in Argenteria,  
Mons Ferrandi. Si autem ea que circa ſupradicta  
capitula & alia injuncta mihi fuerint in perpe-  
tuum bona fide non fervavero, volo & concedo  
ut ſeptem ſupradicta caſtra cadant in commiſſum  
Romanæ Eccleſiaſ, & jus quod habeo in comitatu  
Melgortensi ad Romanam Eccleſiam plenimē  
revertar. Volo etiam & concedo ut per poena mea  
excommunicetur & terra ſupponatur ecclesiastico  
interdicto, & conjuratores mei tam Consules  
quam alij & ſuccelfores eorum ex hoc ipſo abſo-  
luti à fidelite, jure, ac ſervicio quibus mihi te-  
nentur, Romanæ Eccleſiaſ pro feudi & juribus  
quaſi habeo in viillis, civitatis, & caſtris de quibus  
erant tam Consules quam alij qui jurarunt fi-  
delitatem facere teneantur pariter & fervare. Item  
ſub eodem juſamento & eadem poena ſtratas pu-  
blicas fecoras fervabo. Eiſdem poenis ſubjacere  
volo si prædicta omnia non fervavero vel aliquod  
prædictorum.

### MANDATA ANTE ABSOLVATIONEM.

**I**N nomine Domini. Anno pontificatus Domini  
Innocentij Papæ IIII, duodecimo, xiv. Kal.  
Iulij. Ego Milo Domini Papa Notarie apostoli-  
cae ſedis Legatus præcipio tibi Domino Raymundo  
Comiti Tolosano ſub debito præſtitū juſmenti